

COMMENT. DIVI A M B R O S I I

Gerit, ab his noluit, ne arguedi eos autoritate amitteret.
NON enim alia (c)risimus vobis, q̄ quæ legis tis
 vel cognoscatis. Ea se dicit scribere quæ non solū
 literis cerneret, sed & operibus eius manifesta ha-
 berent, vt probaret ea que loquuntur, gestis se implere, qui-
 bus vniuersaliter mens & propositum discitur. ¶ Spero
 aut qd vñq̄ ad finē cognoscetis, sicut & cognovisti nos
 ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in
 die dñi IESVS Christi. Proficeret illos sperat, ex eo qd
 iā cooperant meliores effici cognito affectu circa se apo-
 li, & gloriantur in eo velut filii in patre chariflmo.
 Vnde & apostolus gloriā suam videri testatur i filios
 obaudientes, & tūc debere videri quādo prodeat, id est,
 in die iudicij dei. Hoc dicens, perseverantē monet. ¶ Et
 hac fiducia volueram prius venire ad vos, vt secundum
 gratiam haberetis, & per vos trāsire in Macedonia, &
 iterum a Macedonia venirem ad vos, & a vobis deduci
 ci in Iudæam. Hac fiducia emendata est vita illorum.
 Nam enim & desiderare illos se significat, quos ante in-
 dignum erat videre. Plenam ergo gratiā habuissent de
 aduentu eius, quia imago est epistola: presentia autem
 veritas. Non est itaq̄ ocoisum quia voluerat ire, & non
 iit. Intelligi enim vult esse aliquos inter eos quorū cau-
 sa voluntatem suam nō impletuit, vt adhibita opera pu-
 riscarētur. ¶ Hoc ergo cogitans nunquid leuitate virus
 sum? aut que cogito, secundū carnem cogito, vt sit apud
 me est est, nō nō? Quoniam dixit, Voluerat venire ad
Hvos: & nō iit, sic dico nunquid leuitate virus sum? inquit.
 quia videf qui dicit aliquid & nō facit, leuitate vti. Ideo
 ne forte istud de apostolo arbitraretur, hoc purgat: quia
 nō istud leuiter, sed cū cōfilio fecit, vt nō impletet quod
 disponuerat. Aut nunquid quae cogito, inquit, secundū
 carnem cogito? Quia enim secundū carnem cogitat,
 tunc nō implet quae disponit, quando aut personis am-
 plioribus desert, aut certe lucris aut apparatibus vincit
 tur, qd apostolus semper spreuit. Spiritus autem tunc
 disponitum non implet, quād prouidetis aliquid pro
 salute animæ meditatis: sicut & apostolus ideo non im-
 plet quod voluerat, vt per hoc ipsum meliores effice-
 rentur, scientes ideo distillisse eum, quia quidam adhuc
 inter eos nō se purificauerant a peccatis. Ut sit, inquit,
 apud me est est, nō nō. Hoc significat, q̄a non aliud egit
 q̄ scit agendum, quia utilitas anteponenda est voluntati.
 Hic sensus spiritalis est. Carnalis autem sensus sic mu-
 tatur, vt anteponat voluntatem utilitatem. ¶ Fidelis autē
 deus, quia sermo noster nō est, est & nō. Hoc est qd di-
 cit & ad Galatas, Si quae destruxi, hæc eadem ædifico,
 preuanctorem me cōstituo. Ideo ergo fidelem in se di-
 cit dei prædicacionem. Nā hoc faciunt adulatores. Fre-
 quenter enim, ne homines offendat, quæ vera sunt pre-
 termituit. ¶ Dei enim filius IESVS Christus qui in
 vobis est, qui per nos predicatus est, per me & Sylvaniū
 & Timothēū, nō fuit est & nō, sed est i illo fuit. Qū-
 tū ad idoneos prædicatores pertinet, hoc debet esse vt
 sit apud illos est est, nō nō, vt nō aliud faciat q̄ facit viti-
 le. Qūa enim frequenter aliud volumus q̄ est vtile, ne
 voluntas vincat utilitatem, ideo apostolus voluntati sua
 utilitatem præposit, ne ieret ad illos. In Christo enim
 IESVS nō fuit est & nō, sed est i illo fuit: quia nūquā
 aliud volunt q̄ est vtile. Semper enim voluntas eius cu
 utilitate est, nec immutatus est vt faceret inuitus sicut
 homo qd est vtile, aut vt ambigeret de aliquid, & mu-
 taret voluntatem. ¶ Quotquot enim promissiones dei
 sunt, in illo est, & in illo amē deo ad gloriam per nos.)
 Manifesta est quia sēper in deo veritas est, hoc est amē,
 manifestata per Christū, post per apostolos prædicata
 ad gloriam dei, signorū virtutibus testimonium perbi-
 bentibus vera esse quae promisit deus per Christū dñm
 nostrum. Gloria enim dei est cū ab illo omnia & per illū
 & in illo esse dicuntur. ¶ Qui autē cōfirmat nos vobis cū
 Christū dñs, & qui vinxit nos deus, qui & signauit nos,

& dedit pignus spiritū in cordibus nostris.) Christū dñs « k
 cit cōfirmare gentes in fide promissa Iudæis, quia ipse
 est qui fecit vitraq̄ vnum, id est, circuncisionē & præpu-
 tiū, in vno nōto homine faciē pacem. Dñs ergo cō-
 firmat, & deus qui vnxit nos, id est, qui dedit regiā hos
 norificētiam, sicut dicit Petrus apostolus: Quia sumus 1. Petri. 2.
 inquit, genus regale, per vincitionē spiritalię, cuius typus
 fuit in regibus Iudæorū. Qui & signauit nos dāo spri-
 ritum suum nobis pignus, vt non ambigamus de pro-
 missis eius. Si enim adhuc mortalibus spiritum suum
 credit, dubium nō est quia iam immortalibus addat
 gloriam. Vnum tamē opus dicit patris & filii, quia &
 Christū dicit cōfirmare & deu. Q̄ uem enim cōfirmat
 filius, cōfirmat & pater: & cū dat spiritus pater, dat & fi-
 lius: quia vtriusq; est spiritus sanctus, sicut dicit ad Ro-
 manos: Si quis autē spiritum Christi non habet, hic Rom. 8.
 non est eius. Quoniam ergo de perfectione hominis lo-
 cutus est, trinitatis hoc loco fecit metationē. omnis enim
 summa perfectionis in trinitate consistit.

EGO vero testem dñi inuoco super animā meā, «
 quod parcos vobis non veni Corinthi. Nūc «
 manifestat qua causa cū voluerit ire ad illos, dis-
 tulit, vt tunc ieret quando iam prope omnes emēdatos
 inueniet. His enī nūc loquitur, qui videbātur se velle
 corriger, sed operā nō dabat vt hoc implerent. Quia
 ergo corriperet illos necesse erat, iter suū ad illos conser-
 tit, ne cōtristaret multos. & hoc fuit illos parcere. Quid
 vt mentibus eorum cōmedet, deum testem dat, ne pu-
 tarent se indignos esse, & contemni ab illo: quo cōperto, L
 vt præficiens eius mererentur, emēdatēt se. ¶ Non qd cc
 dominemur fidei vestræ, sed adiutores sim? gaudiī ves-
 tri. Fide enim statis. Quoniam fides nō necessitatī, cc
 sed voluntatis res est: ideo dicit, Nō quod dominemur
 fidei vestræ. Dominatus enī necessitatī causa est. Sed
 adiutores sumus, inquit, gaudiī vestri. hoc est, quia sicut
 in malo opere tristitia est, ita & in emēdatione gaudiū.
 Huius gaudiū adiutores sumus, inquit, quia volētibus
 eis emēdere, offerunt communiones, vt quod velle
 cooperant, possint implere.

CAPVT SECUNDVM.

DECREVI autem hoc apud me, ne iterū cc
 in tristitia venire ad vos.) Aperte est quia cc
 ideo noluit ire, ne forte corripiens paucos, cc
 multos cōtristaret, ipse etiā cōtristat. Co-
 patiūtū enim omnia mēbra vnius mōrōre. ¶ Si enim cc
 ego cōtristō vos, & quis est qui me lāetificet, nisi qui cō-
 tristat ex me? Hoc dicit quia nō vult eos cōtristare, cc
 sed q̄a peccatis studierat, necesse erat illos cōtristari in- M
 unto apostolo: ita tamē, vt decātero obaudientes facti le-
 tificarent eos qui cōtristabantur cū eis: vt qui corripiēdo
 cōtristaterat eos, lāetaretur ex his dñs corrigitū. ¶ Ideo cc
 & scripsi hoc ipsum, ne cū venissem, tristitia habarem a cc
 quibus oportuerat me gaudere, certū habēs quia meū cc
 gaudiū omnī vñtrū est. Ideo dicit hæc se scripsit cc
 vt postea venies nō esset vnde cōtristaret sublati vi- cc
 tūs, sed gauderet cum eis quasi cū chariflmo filiis: vt cc
 quia ab infidelibus tribulationib; afficiebatur, ab his cc
 vñq̄ gauderet qui crediderant. Gaudiū enim apostoli, cc
 purificatio est populi. Ideo enim gaudet, quia vñtrū cc
 nō est in eis quos simili oportet gaudere. ¶ Nam ex cc
 multa preflura & angustia cordis scripsi vobis per mul- cc
 tas lachrymas, non vt contristemini, sed vt cognoscatis cc
 charitatem quā habeo abundatius in vobis.) Manife- cc
 stum est quia quādo hoc afferet qui aliquis corripit, vt cc
 plus illo doleat peccatis eius: nō vñq̄ vt illum cōtristet cc
 corripit, sed vt ostēdat illi quo amore diligat eum. Qui cc
 enim non hoc afferet corripit, fratre contristat. Insultat cc
 enim qui nō condolet fratri. ¶ Si quis autē cōtristauit, nō cc
 me cōtristauit, sed ex parte, vt non onerē vos ocs.) Ocs cc